

THE
WILLIAM R. PERKINS
LIBRARY
OF
DUKE UNIVERSITY



Rare Books



In Nomine Jesu Christi.

DISSERTATIO
HISTORICO - THEOLOGICA

de

M E D I I S
A R I A N I S M I

quam

DEO AUSPICE:

ET

PRÆSIDE

Viro plurimum Reverendo, Amplissimo

atque Excellentissimo

DN. BALTASARE BEBELIO,

SS. Theol. D. ac P.P. longè celeberrimo, Ecclesiasse

Summi Templi meritissimo, & h. r. Facult. Theol.

Decano spectabili,

Dn. Patrono, Præceptore, & Promotore

summopere colendo, venerando,

Solenni Examini exhibet

Ad diem Sept. hor. & loc. consuet.

Respondens

NICOLAUS *Robelt*/ NEROLingensis.

ARGENTORATI

Literis JOHANNIS WILHELMI TIDEMANNÆ

ANNO M. DC. LXIX.

VIRIS

*Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consiliorum
integritate Prudentissimis, Rerum Ex-
perientiâ Gravissimis,*

DNN.

CONSULIBUS, SYNDICIS,

cæterisque

IMPERIALIS CIVITATIS NORDLINGENSIS SENATORIBUS.

*Patribus Patriæ Dominis meis gratiosissimis,
Mæcenatibus magnis, Patronis
benignissimis.*

Hanc Exercitationem Theologicam,
meque ipsum

Piâ animi submissione

Dico & Consecro

Clientis devotus, Cultor addictissimus

Nicolaus Kobelt / Nerolingenfis.



I. N. D. N. I. C.

De

ARTIBUS ARIANISMI NATI, STABILITI, ET PROPAGATI.

§. I.

Arianismum voco hæresin, quæ Ario Alexandrinorum Presbytero auctore, vel interplatore, *ἡμωσίαν* potissimum Patris & Filii, personarum Trinitatis, negavit, & contrarium errorem hinc inde variis modis & artibus disseminavit. *Nomen* igitur suum accepit ab auctore secundario (primarius erat diabolus) Ario, Presbytero Alexandrino, qui fuit sub Episcopatu Alexandri: Sulpitius equidem Severus lib. 2. hist. duorum meminit Ariorum, quibus Imperator Constantinus M. sit depravatus, acerrimis scilicet perfidiæ hujus auctoribus: attamen facile componi potest cum aliis historicis, qui unius solum meminerunt, si cogitamus, Presbyterum illum primum quidem fuisse, qui hæresin produxit, attamen pertraxisse mox in suam sententiam quendam alium Arium, eundemque Presbyterum, memorante Sozomeno lib. 1. hist. c. 14. *Erroribus* equidem pluribus scatebat hæreticus; sed præcipuus erat: *Patrem Domini instituendi orbis causa genuisse filium, eo pro potestate sua ex nihilo, in substantiam novam atque alteram, factum Dominum novum, alterumq; fuisse autem tempus, quo Filius non fuisset*: uti sententiam ipsorum refert Sulp. Sev. l. 2. Quibus similia conferri possunt in disp. Athanas. cum Ario, mox ab initio tom. 1. opp. f. m. 113. Orat. I. advers. Arian. f. 294. II. f. 310. Epist. de Synod. Arimin. f. 88r.

Arianismi
definitio;

Nomen:

Erroribus

Socrat. l. 1. c. 3. Theodor. lib. 1. hist. c. 1. 3. 4. 6. 8. Sozom.
 lib. 1. c. 14. Unde patet, fuisse hanc *δογματων διαφρασην*, do-
 gmatum corruptionem, appellante Theod. lib. IV. hist. c. 33. verè
 hæresin, utpote quæ impingebat in articulum fidei fundamenta-
 lem, nempe Deitatem Christi, quâ sublata ipsa quoque fiducia
 nostra funditus evertitur. *Scopus* igitur diaboli saltem erat, ani-
 mas hominum per hanc hæresin perdere; **Quem** ut obtineret,
 varia *μυχανήματα & σοφισμασιν* molitiones & artes, uti denuò Theo-
 dor. lib. 2. c. 18. vocat, hæreticis suis mancipiis suggestit, qui-
 bus contagiosum hoc venenum in alios derivarent. Inten-
 disse enim Arianos, etsi dissimularent, hæresin suam longè la-
 teque propagare, ipse docuit eventus, dum nullum non lapi-
 dem moverunt, ut sua ipsorum sententia ubique locorum re-
 ciperetur.

Hæretici :

Scopus :

Media :

Alia sunt
per se
alia per ac-
cidens,

Alia mitio-
ra :

alia rigi-
diora :

§. 2. *Dividi* possunt media in ea, quæ erant per sese,
 & quæ per accidens. Per *sese* voco ea, quibus Ariani directè in-
 tendebant Orthodoxiam evertere, suam verò hæresin stabilire
 & propagare. Per *accidens* autem ea appello, quæ ipsi quidem
 non excogitabant, usurpabant tamen aliunde sibi oblata. Ista
 iterum distribui possunt in *mitiora*, & in *rigidiora*. Ista aliquam
 veritatis, humanitatis, æquitatis, mansuetudinis, aliarumque
 virtutum speciem præ se ferebant; ut solent blandiri vulspecu-
 larum artes; *Hæc* verò prodebant, saltem magis clariusque, un-
 gues leoninos, & animum lupinum. Evulgavit mysterium
 quidam Eudoxius verbspellis hæreticus, cum Eleusiniis insi-
 dians Eunemium adiunxit, ut sententiam suam occultaret, neque hanc il-
 lis proderet, qui accusandi occasione aucupabantur. *Tempus*, agebat, ali-
 quando opportunum nacti, ea predicabimus, que nunc celamus. & ignoran-
 tes docebimus, καὶ τὰς ἀντιθέτους ἢ ἀπίστον, ἢ κελύματα τοῦτον, ἢ κελ-
 ῦματα σοφῶν, & contradicentes aut persuadebimus, aut cogemus, aut affli-
 gemus. S. c. ille utrumque genus mediorum, mollius nempe, & rigi-
 dius, subianuens prodidit apud Theodor. lib. 2. hist. c. 25. Sal-
 pitius igitur acutè : *Arianum*, refert, ubi docti parum prolesserant, ut
 agere decernant. lib. 2. hist. Et paulo post, ubi de Synodo Arimi-
 nensi refert, ait : *Hos* (de Fægadio & Servatione Episcopis
 Gallicanis loquitur) *quia nimis & terriculis non cessant, Taurus pre-*
 cibus

cibus aggreditur, ac lacrymans obtestatur, mitiora uti consulerent. Quibus etiam invictum hactenus Heroem Fægadium expugnavit. Unde palam est, ad duas hæc classes media ista posse revocari. Difficile tamen erit omnem versipellis hæresis *παραφύσιν* & *μεθυστικῶν* referre, & ordine suo quæque loco collocare, adeo varias in formas *ἑρπύστων* istud sese vertit, chamæleonis instar. Bene ipsos describit Athanasius in Epistola quadam, quod sint *ποικίλοι καὶ παλιμῶλοι τὰς γνώμας, ὡς οἱ χαμαιλέοντες ἐν τοῖς χρώμασι, τὰν vario & versipelli animo, quam chamæleontes sunt in mutantibus coloribus.* t. i. opp. f. m. 249. Qua in nequitia magistrum suum diabolum imitabantur; qui, quod revera est, serpens, draco, leo. *ὑποκρύπτει καὶ σκέπει; τὸ δὲ πᾶσι πάλιν ποθέωνον ὄνομα ὑποκρίνεται ὁ παρῆρηθ, dissimulat, & occultat; nomen verò, quod ab omnibus desideratur, & expectatum est, callidè ut personam induit, ut specie deceptos jam deinde suis vinculis perstringat: quæ ejusdem verba sunt Orat. i. adv. Arian. Tentabimus tamen, quousque licebit, & præcipua saltem capita referemus.*

§. 3. Inter leniora media principem locum occupat *simulatio & dissimulatio: est aliquid in corde, quod dissimulatur in vultu, & velatum mente, & orem putantes, lupum senserunt.* Hil. adv. Const. f. 290. Ista Zelum pro Scripturâ Sacrà, ejusdemq; sinceris dogmatibus & virtutibus mentiebatur; Hæc verò absconditū in corde rationis corruptæ, & doctrinæ hæreticæ, & hostilis odii monstrum sub velamine sanctitatis occultabat (1) *Zelum pro Scriptura sacra.* Cum enim Orthodoxi occultam hæresis mentem è latibulis æquivocationum & elusionum Sophisticarum extracturi terminos technicos adhiberent, Ariani ad mera Scripturæ verba provocabant, conquesti, hæc negligi, substitutis novis vocibus, seque adeò injustè condemnari, quod nollent abdicatis DEI verbis hominum placita sectari: vid. Athanas. in epist. de Syn. Nicæn. t. i. opp. f. m. 248. Et Orat. i. f. m. 286. ubi eandem artem in diabolo notat, *τὰς τῶν θεῶν λέξεις πρὸς ἄλλας, scripturarum distinctionibus amittitur, & verba quidem proferri, veram inde tamen sententiam suffurat: Mox applicat ad hæreticos, qui nec ipsi ex mente scripturæ sentiant, ad dolum tamen simpliciorum præ se ferant, se studiose persequi ac proferre dictiones; veluti diabolus ipsorum Pater.* f. 287.

Mitiora, ut
simulatio &
dissimulatio:

(1)
Zelus pro
Scriptura
sacra.

& f. 292. occultant animum, ac deinde in scribendo *ἡσυχία παρὰ τῶν γε-
 φῶν λέξεις, ἢ ἐν αὐταῖς διακρίσεις ὑποσώφωσι εἰς τὴν ἰσθμὴν κελίαν τῆς
 ἀγνοίας, Scripturarum verbis pro esca utuntur, ut latenter in suam mali-
 tiam pertrahant ignaros. Et Orat. II. f. 307. Hæresis, inquit, Ari-
 ana, dolosa & yafra, cum videret sorores suas, ceteras, ajo, hæreses, etate
 grandiores, publice palamq; probrosas haberi, speciem suam dissimulat, ὑπο-
 κρίνεται περιβαλλομένη τὰς τῶν γεφῶν λέξεις, & literarum sacrarum vo-
 cibus, quasi honesto cultu, induitur, ut pater ejus diabolus; ac satagit denuo
 intrare in paradysum Ecclesia, quo sub specie Christianismi nonnullos seducat,
 ut credibilitate falsarum rationum persuasi contra Christum sentiant. Corif.
 fol. 313. Idem notat Phœbadius, testati sunt, ajens de Arianis, id-
 circo substantiam non predicandam, quia in divinis scripturis nusquam inve-
 niretur. S. II. Et Hilarius in Constant. f. 293. utitur etiam nunc, ut
 in ceteris ante, artis sue consuetudine, ut per recti speciem prava confirmet,
 & per rationis nomen insana constituat: nolo, inquit, verba, quæ non scripta
 sunt, dici. Hæc arte seductus est Constantini M. filius Constanti-
 tius. Presbyter enim Crypto-Arianus in aula ipsius versaba-
 rur, qui tempestatem, qua Ecclesia jaçtabantur, deplorans, causam in illos
 conferebat τῆς τῶν ἀγεφῶν ὁμοσίῃ φωνῇ ἐνθεηκότως τῇ διδασκαλίᾳ τῆς
 αἰσῆς, qui consubstantialis vocem scripturae sacrae inusitatam confessioni fi-
 dei adjecissent: Atque hoc unum, ajebat, inter Clericos, interq; Laicos dissi-
 dium procreare. Sic ille apud Theod. lib. 2. c. 2. Quid autem ob-
 tinuerunt? multum profecto; Nam τῆτοις καὶ τοῖς τοῖτοις λόγοις
 τῶν κεφιλῶν αὐτῶ πολιορκήσαντες γνώμην, ἐπεισαν αὐτὸν ἐξελῶσαι τῆς
 Ἐκκλησίας τῶν Ἀθανάσιον, his & similibus sermonibus, cum levissimum
 ejus (Constantii) animum expugnassent, persuaserunt ei, ut Athanasius
 Ecclesia sua pelleretur: c. 3. Eadem arte Orientales Ariani Occi-
 dentales aggressi sunt in Concilio Ariminensi: Ajebant enim,
 duarum vocum causa, καὶ τῶν ἀγεφῶν, quæ & ipse in scriptura non ex-
 stent, discerpi Ecclesia corpus non debere: sed Patri similem per omnia pro-
 fitendum esse filium, substantia verò nomen ὡς ἀγεφῶν tanquam alienum à
 scripturâ, reticendum: Theod. lib. 2. c. 15. Nec frustra fuit hoc tel-
 lum; Nam tandem etiam Fægadii & Servationis Episcoporum,
 alias præstantissimorum, & constantissimorum, animos expu-
 gnavit, ut professiones ederent, in quibus primum damnabatur Arrius, totaq;
 ejus perfidia; ceterum non etiam Patri equalis, & sine initio, sine tem-
 pore*

*pore Dei Filius pronunciabatur ; Sulpit. l. 2. Quid inde? Idem sub-
 jicit : Arriani nimium prospere & secundum vota fluentibus, Constantino-
 polum ad Imperatorem concurrunt : ibi repertos, Seleuciensis Synodi legatos,
 vi regia compellunt, exemplo occidentalium, pravam illam fidem recipere.
 Habes malitiosæ artis effectum. Saltem hoc impetrant hypo-
 critæ ; quod simpliciores Christiani mitius de controversia tota
 sentiant, ἀδιάφορον πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἢ ἄντι τὴν αἵρεσιν ; haresin
 istam, quantum ad veritatem attinet, indifferentem arbitrantur : ut ver-
 ba sonant Athanasii Orat. II. adv. Arian. f. 313. de quibusdam sui
 temporis fidelibus. Transeo lubens alia plura exempla. Meram
 autem fuisse hanc hypocrisisin, inde patet, quod ipsi Ariani usi
 fuerint vocibus & phrasibus in Scriptura Sacra minimè occur-
 rentibus. Quod ipsis exprobrat Athanas. in epist. de decret. Ni-
 cæn. f. 248. 267. Et Hilarius advers. Const. f. 294. in uno novitas
 eligitur, in alio submovetur ; Ubi impietatis occasio patet, novitas admitti-
 tur ; Ubi autem religionis maxima & sola cautela est, excluditur. Faten-
 tur hoc ipsi Ariminenses Ariani, cum loco paulo ante citato
 notant vocem quoque ὁμοιόσπον, tanquam à scriptura alienam,
 quam tamen ipsi Ariani consinxerant. Pridem idem notaverat
 Eusebius Pamphili, Ario addictior, quàm veritati ; Nam in
 literis ad Arianos quosdam exprimit Arianii verba & phrasas : ἐξ
 οὐκ ὄντων, ἢ πότε, ὅτε οὐκ ἦν, ex non entibus, erat, quando non erat &c.
 Et repudiat, quod nulla divinitus inspirata scriptura eas phrasas usur-
 parit. Theod. lib. I. c. II. Atqui postea, ubi viribus prævalebant,
 Ariani voce ἰσπερόσπον, & Ἀνομοσιον usi sunt ; ubi hæc in scripturis
 usurpantur ?*

*S. 4. (2) Zelum pro orthodoxia adversus hareses pridem ab
 Ecclesia damnatas, vel recens exortas. Cum aliquando Alexander
 Alexandrinus Episcopus dissenuisset de Sanctâ Trinitate, uni-
 tatemque in Trinitate esse perhibuisset, Arius, occasione
 arrepta, Sabellianismi ipsum insinulavit. Sabellius olim, u-
 nam tantum DEI personam esse, ut est essentia una, docue-
 rat, diversis tamen nominibus, modo Patris, modo Filii,
 modo Spiritus Sancti appellari : Nec distincta erant voca-
 bula ἐνω & hypostasis, utpote pro ipsa essentia, seu substantia
 usurpata ab orthodoxis ante Synodum Nicænam, imò etiam
 post*

(2)
 pro ortho-
 doxia ;

post eandem, vid. Dionys. Petav. dog. Theolog. lib. 1. c. 3. §. 3. Hinc factum, ut qui eandem docebant esse Patris, quæ Filii, & vicissim, essentiam, Sabellianismi accusarentur: *Pars illos, qui hoc (ὁμοούσιον) verbum approbarent, loqui blasphemiam putaverunt, utpote filium essentia expertem opinantes, & cum Montano & Sabellio sentientes:* referente Sozom. lib. 2. c. 17. Suspicio confirmabatur exemplo uno vel altero eorum, qui Orthodoxis accensebantur pridem, deinde verò deprehensi sunt Sabellianismum fovere. Marcellus Ancyranus Episcopus, quondam ab Arianis condemnatus, sicut & Photinus ipsius discipulus, à Synodo Sardicensi, tanquam innocens, declaratus, & restitutus fuerat; cum Athanasius eundem à *communione suspenderet.* Namque *Marcellus Sabelliana heresis assertor extiterat juxta Sulpit. Sever. l. 2.* Hoc arripiebant Ariani, & adversus Athanasium abutebantur, tanquam & ipse justè à concilio esset condemnatus, id quod apud Imperatorem magnum pondus habebat: *Ad crimina, quæ falsi testes congesserant, aggregabant, quod Marcellum atque Photinum, hæreticos sacerdotes, Synodi judicio condemnatos, pravo studio (Athanasius) receperet.* Sulpit. l. 2. Et paulo post: *Arriani non hos potius, quam Athanasium, remove cupiebant.* Quæ verba explicant mysterium iniquitatis, quare hæresis suspicionem Orthodoxis affricare conentur Hæretici, nempe, ut Orthodoxiè medio removeantur. Photinus Pauli Sarnofateni damnatam pridem hæresin ex orco revocabat, negans, Jesum Nazarenum ante extitisse, quam ex Virgine Mariâ nasceretur; Hic vero religiosum præ sese ferebant Zelum Ariani, & eo glaucomate Orthodoxos sibi adjungebant in concilio Sirmienensi, quippe quod una sederint, & communibus suffragiis Photinianos condemnarint. Arius in literis ad Eusebium Nicomediensem conqueritur, sese ab Alexandro Episcopo suo, & hujus assensibus, Philoxonio, Helladio, Macario abdicatum esse, quod dissentiret ab ipsis, dicentibus, Filium esse eructationem, productionem, ingenitum. Theod. lib. 1. c. 5.

(3)
Studium pacis & concordia, cum interna, tum externa

§. 5. (3) *Studium pacis & concordia.* Pax alia est interna, alia externa; *Ista est concordia in fide & doctrina, hæc in externa conversatione sive Ecclesiastica, sive politica, sive œconomica.* Utrique studere Ariani videbantur, certè videri volebant. Et quidem

quidem 1. in doctrinâ: Mentiebantur enim in eadem sese ortho-
doxa sententia esse, quod rem ipsam attineret; in formulis so-
lùm loquendi, & in modis, soli DEO cognitis, nec revelatis, ab
Homousianis sese differre, & iis quidem verbis, quæ humani-
tus inventa & constituta essent: *Confusis permixtisque verbis verita-
tem frequentissimè hæretici eludunt, & incautorum aures communium voca-
buloꝝ sono capiunt.* ait Hilar. ad Gal. f. 327. Exemplum præbet
Constantinus M. Hic enim sub initium controversiæ Arianae
litteris ad Alexandrinos datis censuit, inter contendentes pacem
esse debere, eo quod lis non esset *de summo aliquo in S. literis præce-
pto, ullus neque novus de religione divinâ introductus sit error, sed unam
eandemque de fide tenèrem sententiam*, ut aded ad eandem communio-
nem facile possint pervenire: Socrat. lib. 1. c. 4. Quam falsam
persuasionem in ipso confirmavit Presbyter Arianus. Hic
enim Constantino M. persuadebat; *Arium non in aliâ sententiâ
esse, quam qua fuisset à Concilio confirmata.* Socrat. lib. 1. c. 19. Cum-
que Arius & Euzojus juberentur fidei edere formulam, edide-
runt, verbis orthodoxum sensum admittentibus, addiderunt-
que, *se fidem, & sensum Ecclesiæ, tum sacrarum scripturarum tenere.*
Hinc factum est, ut Arius impetrata venia Alexandrinæ suæ
Ecclesiæ restitueretur, auctoritate Cæsarea, & adversus Atha-
nasium reclamantem publicis litteris assereretur c. 20. Eâdem
arte ad Episcopatus suos redierant Eusebius Nicomediensis, &
Theognis Nicænus Episcopi. In libello enim ad Episcopos edito
distinguunt inter fidem Nicænam, & Arii sententiam, dicen-
tes, *se fidei decisioni consensisse*, intellecta consubstantialis voce;
noluisse autem condemnationi Arii subscribere ideò, *quod mi-
nimè crederent, eum, qui erat accusatus, hominem ejus generis fuisse.*
Socrat. lib. 1. c. 10. His artibus obtinuerunt, ut non modo ab
exilio revocarentur, sed etiam sedibus suis Episcopalibus redde-
rentur, majora scilicet mala daturi. Hujus generis plura exem-
pla adduci possent ex Symbolicis præsertim Confessionibus, quas
hinc inde in variis conciliis (vide Athanasii epistolam de concilio
Ariminensi & Seleuciensi. t. 1. opp. f. 869. seqq.) consarcinabant
iis verbis, quæ & orthodoxum, & heterodoxum sensum admit-
tebant. Bene Hieronymus: *Sic verba temperant, sic ordinem vertunt,*

& ambigua quaque continent, ut & nostram & adversariorum confessio-
nem teneant, ut aliter hæreticus, aliter catholicus audiat, quasi non eodem spi-
ritu & Apollo Delphicus atq; Loxias Oracula fuderit Cræso & Pyrrho, diversis
temporibus & pari illudens strophæ. Hæc ille de Origenistis, nos de A-
rianis, Tom. III. opp. ad Ocean. & Pamm. de erroribus Origenis.
Et Hilarius adverst. Const. f. 288. *Christum confiteatur, ut negat; uni-*
tatem procurat, ne pax sit; Hæreses comprimit, ne Christiani sint; Sacer-
dotes honorat, ne Episcopi sint: Ecclesiæ festa struit, ut fidem destruat. Te-
in verbis, Te in ore circumfert, & omnia omnino agit, ne tu, ut Deus, ita Pa-
ter esse credaris. Sic ille ad Filium DEI adversus Constantium
Ecclesiæ persecutorem. Una omnium instar esto confessio
Ariminensis, de quâ Sulpitii verba digna sunt, ut huc referan-
tur, ita autem ille: Legatos Ariminensis concilii ex parte nostrorum
compellit Imperator, univ. hæreticorum communioni; eisdemque confri-
ptam ab improbis fidem tradit, verbis fallentibus involutam, quæ catholicam
disciplinam, perfidia latente, loqueretur. Nempe Uria verbum tanquam
ambiguum & temerè à Patribus usurpatum, neque ex auctoritate Scriptu-
rarum profectum, sub specie falsa religionis abolèbat, ne unius cum Patre
substantia filius crederetur. Eadem fides similem Patri filium fatebatur,
sed interius erat fraus parata, ut esset similis, non esset æqualis. l. 2. His
verbis docet Sulpitius, aliam prorsus fuisse fidem Orthodoxo-
rum, & heterodoxorum, at tamen hos ejusmodi verbis confes-
sionem suam adornasse, quibus orthodoxus subesse sensus vi-
debatur, & proinde Imperatorem movisse, ut unionem inter
partes imperaret. Revera igitur non conspirabant invicem,
quia Arianorum verba erant ambigua, nec ad liquidum sen-
suum sese adduci patiebantur. Illustre exemplum est, quod
recitat Athanasius in epistolâ ad Afros. Cùm enim Orthodoxi
Arianorum sententiam exploraturi, quærent, An Filius
ex Deo ex DEO esset natura unigenitus? verbum; Virtus, Sapi-
entia sola Patris, Deus verus? Annuebant; cogitantes secum:
καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐγενώμεθα, Nam & nos ex Deo sumus. Insta-
bant Orthodoxi interrogando, An Filium agnoscerent non crea-
turam, sed virtutem, sapientiamq; unicam Patris, & imaginem æternam,
ac nihil omnino discrepantem, & Deum verum? Denuo annuebant;
Nam & nos fideles ad imaginem DEI esse renovatos. vid.

Theodor.

Theodor. lib. I. hist. c. 7. — Ecce iisdem verbis, quibus Orthodoxi, uruntur Ariani, diversissimo tamen sensu : Qualis & illa Valentis Ariani sententia erat in Concilio Ariminensi : *Filium DEI non esse creaturam, sicut ceteras creaturas* : Sulpit. Sever. l. 2. ambigua phrasi : *Etenim his verbis, quibus similis esse ceteris creaturis filius negabatur, creatura tamen, potior tantum ceteris, pronunciabatur.* Atque hunc sensum intendebant Hæretici ; Orthodoxi verò ita intelligebant, Filium DEI profus non esse creaturam, adeoque neque similem creaturis. Hac æquivocatione factum, ut nostri Ariminensi formulæ subscriberent, *fraude tum non intellectâ, sero demum animadversâ*, nempe postquam Ariani mentem suam clarius declarassent. Illustre exemplum etiam Hilarius recitat in epistola adversus Auxentium Episcop. Mediolanensem, ut æquivocatione luserit in subscribendo, vid. fol. 314. seqq.

Imo eò venerunt æquivocationis, ut & vocem *homouision* recipere, subscriberentque, sed longè alio sensu eam intelligentes, quam Orthodoxi ; qui statuebant, ejusdem essentiae esse Patrem & Filium ; Ariani verò simili modo ; quod bene observarunt Valentinianus & Valens in literis ad diœcesin Asianam perscriptis apud Theod. lib. IV. c. 9. Intellexit quoque mysterium Athanasius, quo id sine simularent, & dissimularent, nempe ut interea incautos & simplices seducerent. Nam, *quæ nunc (irenica) scribunt, non cura veritatis scribunt, ut jam dixi, ἀλλὰ μάλλον πείζοντες, καὶ τέχνη τὸ τοιαῦτες πρὸς ἀπάτης τῶν ἀνθρώπων*, sed ludi causa technarumque gratia id faciunt, ad imposturam hominum. Orat. I. adv. Arian. Metuebant sibi à scriptis polemicis Orthodoxorum ; quare consensus larvam aliquandiu induebant, *ut ferias interim haberent, & intermissionem non dicendam causâ, latentemque ipsorum impietate ; tempus locumque, nanciscerentur proroganda suæ hæreseos canceri in modum omnia depascentis* : l. c.

§. 6. Id enim tenendum est, quod Ariani potentiores facti animum suum, sententiamque clarius subinde prodiderint. Notavit hoc Athanasius, nempe ut confessiones suas Ariani subinde mutaverint, *si vel pusillum temporis intercesserit, vel occasionem nacti fuerint pro ipsorum consuetudine aliquibus insidiandi.*

Orat. I. Liberio Romana sede dejecto Ariani non occultè, ut antea, sed palam ac publicè hæresis piacula predicabant, referente Sulpit. Sev. l. 2. Ariminenses Orthodoxi patres datis ad Constantium literis nomina fraudulentorum hominum produunt, & conqueruntur non longo tempore post, quam Orthodoxi isti vellent haberi, eorum mentes facile esse patefactas. Socr. lib. 2. c. 29. Imprimis id cognitum est defuncto Constantino M. Quamprimum enim excefferat iste è vitâ, complures, qui etiam antea de hæc fide prodenda in suspicionem venerant, ab eâ penitus desiverunt. In iis nominat Eusebium Nicomediensem & Theognidem. Sozom. lib. III. c. 1. Et post Concilium Sardicense. Cum enim Orthodoxi Episcopi calculum nollent æquivocis verborum cothurnis addere, discesserant Ariani Philippos, & aperte verbum consubstantiale anathemate damnabant, & opinionem suam, quod filius Patri dissimilis esset, per literas scriptas ubique disseminare inciperant. Socr. lib. II. c. 16. Imò eos, qui dissentire videbantur, adigebant ad dogmatum Arianorum subscriptionem, aut in exilium pellebant. Notat hanc ipsorum *μεθοδία* Athanasius in Oratione I. adv. Ariam. misisse enim ipsis ait scrupulum de fide, ut Africani subscriberent, aut, si contradicere ausint, exsilium ferrent. t. I. opp. f. 287. Ex quibus patet, quod astutam vapidò sub peccatore vulpem hætenus occultarint.

In externa
communio-
ne Ecclesia-
stica,

§. 7. 2. In externa communione Ecclesiastica. Per decretum Concilii Nicæni Arius, & affectæ sedibus suis erant moti. Operam autem indefessam dederunt, ut eas reciperent, & in communionem cum Orthodoxis reciperentur. Hoc sine Eusebio & Theognis libellum ad Episcopos, Arius ad Constantinum, Constantius ad Ariminenses Patres orthodoxos dederunt, ut concordia mutua & communio redintegraretur. Opponebant sese quidem Orthodoxi, nolentes in communionem damnatos hæreticos recipere, attamen prævaluerunt apud Imperatores, & Aulicos Arianorum blanditiæ, ut aut recipere, aut in exilium abire, & dira pati cogerentur. Taurus Ariminensis Conciliabuli præfectus eò progrediebatur lenociniorum pacificorum, ut Fægadium & Servationem vel lacrymis obtestaretur, mitiora uti consulerent. Nam in promissis acceperat consulum,

fulatum, si rem effectui tradidisset, nempe, ut in unam fidem Ariani & Homousiani consentirent. Sulpit. l. 2. Et Imperator Orthodoxos omnibus modis compellebat, uniri hæreticorum communioni, Ad eò studium pacis intempestivæ, ab Arianis accensum, in ipso flagrabat. Attamen & in his mera erat simulatio. Nam E. g. Eusebius Nicomediensis palam volebat, literis etiam scriptis, Arium recipi in societatem Ecclesiasticam, & tamen interea innocentem Alexandrum clanculum traducebat. Socrat. lib. 1. c. 3. Sed nec suos, leviter licet dissentientes, secum ferre poterant, quantò minus eos, qui integris symbolis distabant: Quotannis in unum coeunt, veluti qui tabulas, pactaque scribant, simulantque, se pro fide scripta conscire, iniqui interim, & fædi, & ridiculi, cum scripta ipsorum non modo παρ' ἑτέρον, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν τὰ αὐτῶν ἐκβάλλεται, ab aliis, sed etiam ab ipsis explodantur: notante Athanasio Orat. 1. adv. Arian. Macedonium, Paulo Orthodoxo ejecto, Constantinopolitanis dederant Episcopum, eo quod Spiritus Sancti negaret deitatem, secumque conveniret; sed cum nollet perinde & Filium dicere creaturam, eundem à sese segregarunt, Theodor. l. 2. c. 5. Nec minus illustre est exemplum Ætius. Scripserat Ætius, Arianorum hæctenus affecla, ἀνόμιον τὸν ὕδον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ. dissimilem esse Filium DEO & Patri; Id ubi rescivit Constantius, Ætium in exilium expulit, Theodor. l. 2. c. 23. eundemque scripto damnari iussit, cui obtemperantes impietatis consortes sententia suæ socium condemnarunt. Scripserunt etiam de illo ad Georgium Alexandrinum epistolam, quam quidem historia inseram, ut eorum improbitas patefiat, καὶ γὰρ τοῖς συμφερόντι, καὶ τοῖς ἀφιλίῳ παρὰ πλῆθος ἐπέχρηστο, quippe qui doctrina sua faventes & adversarios non dissimili modo tractarunt. c. 24. Nempe erant inter Arianos mitiores quidam, rectius callidiores dixeris; quidam rigidiores, verius candidiores, ut erant Eunomiani, & Ætiani, qui scapham scapham dixere, hos isti ferre non poterant, scenæ minus dextræ inservientes. Quis jam miretur, Arianos, cum levius dissentientes ferre non possent in communione Ecclesiastica, multo minus ferre potuisse longius discrepantes, ut erant consubstantialis confessores. Hos excommunicabant, de sedibus suis dejiciebant. in exilium mittebant, ex-

cruciabant, imò morte quoque afficiebant, ut inferius patebit. Sciendum enim & hoc, quod illi alias inter se discordes animi coaluerint interdum aduersus tertium, nempe orthodoxos, quos pari odio prosequiebantur. Docet nos hoc Athanasius de Ariomanitis & Meletianis loquens, qui cum antea inter sese contentiosi essent, nunc, ut olim Herodes & Pontius, in blasphemias aduersus Christum consentiunt. Orat. I. f. 304. subjungit, quomodo iuncta opera Ecclesias orthodoxis eripuerint, Episcopos una cum Presbyteris in exilium profligauerint, populum fidelem Ecclesiis excluderint. Hinc simul iudicari potest de unione & concordia œconomica, quam præ sese ferebant hypocritæ. Exemplum esto Lucius Alexandrinus, loco Athanasii obtrusus Pseudo-Episcopus. Hic enim, ut populum sibi conciliaret, in balneum secum invitabat, & copiam cuique è plebe faciebat sedendi lectum, & unâ lavandi. Theodor. lib. IV. hist. c. 13.

& œconomica,

(4.)
virtutes sanctificantes

§. 8. (4.) Virtutes cum sanctificantes, tum administrantes. I hæc considerantur iuxta decalogi tabulam vel priorem vel posteriorem; Priorem, ut pietas in Deum. Arius in literis ad Eusebium Nicomediensem perscriptis exponit causas, quare ab Alexandro Episcopo suo & asseclis separatus sit, nempe propter impietatem ipsorum: *Has impietates ne audire quidem possumus, etiam si hæretici mille mortes nobis mimarentur.* Theod. lib. 1. c. 5. Idem, ut hæresin suam iucundius insinuaret animis hominum, scripsit ἀσματὰ τῆ ναυτικῆ, καὶ ἐπιμύλια, καὶ ὀδοπορικῆ; cantiones nauticas, & molares, & viales, quibus nempe uterentur nauæ in tempestatibus marinis, mancipia in pistrinis, & viatores in itinere: referente Philostorg. lib. 2. hist. c. 2. Domos idem circumibat, & in circulis diserebat de rebus divinis, ut ardere Zelo divino, & officium studiosè exequi videretur, Theodor. lib. 1. c. 1. Unus sufficiat Philostorgius ex Ætianis Arianis homo; Nam totus est in suorum virtutibus decantandis. Posterioris tabulæ virtutes sunt & in genere quidem charitas erga proximum, qua toti flagrare videbantur. In compendium redegit artes, & exhibuit publico scripto Hilarius aduersus Constantium scribens: *Pugnatus contra persecutorem fallentem, contra hostem blandientem, contra Constantium Antichristum, qui non dorsa cadit, sed ventrem palpat; non pro-*
scribit

in genere.

scribit ad vitam, sed dicit in mortem; non tradit carcere ad libertatem, sed intra palatium honorat ad servitutem; non latera vexat, sed cor occupat; non caput gladio defecat, sed animam auro occidit; non ignes publice minatur, sed gehennam privatim accendit; non contendit, ne vincatur, sed adulatur, ut dominetur. fol. 288. opp. Et fol. 290. Osculo Sacerdotes excipis, quo & Christus est proditus, caput benedictioni submittis, ut fidem calces; convivio dignaris; ex quo Judas ad proditorem egressus est; censum capium remittis, censum Christus, ne scandalo esset, exsolvit; ve-digalia Caesar donas, ut ad negationem Christianos invites, qua tua sunt, relaxas, ut, quæ DEI sunt, amittantur. Taurus Imperatoris præfectus, præ incredibilem pacis amore lacrymas fudit Arimini, ut Episcopos ad pacem flecteret: Sulpit. Sev. l. 2. In specie præ sese ferebant summam fidem erga magistratum. Erat Presbyter quidam in aula Constantini M: qui tabulas testamentarias à Patre factas summo silentio asservabat, donec Constantius accerferetur novus Imperator. Idem, an alius? adhæsit Imperatori cum Barbaris confligenti, & dispositis nunciis primum sibi afferri curavit de pugnae eventu; quem cum faustum accepisset, illico ad Imperatorem detulit, & effecit, ut Imperator deinde palam diceret, se Valentis meritis, non virtute exercitus vicisse. Jactaverat enim versipellis nebulo, angelum sibi fuisse nunciium. Sulpit. Sever. l. 2. Hæc arte deinceps frequenter usi sunt adversus orthodoxos, Athanasium cum primis, quem dicebant, minus obedientem esse Casatum mandatis, aut fidum in subditis coercendis: quibus de calumniis paulopost dicemus. Ipsi verò parati erant ad nutum Casarum, ut facerent, quidquid isti vellent; condemnarunt Aetium jubente Casare, etsi sibi *ὄμοιοι*. Decernente quid magistratu, id deprecabant, & exsequebantur: evocante ipso, comparebant; res gestas cum ipso communicabant: arbitrium in omnibus permittebant. Innocentia vindicandæ studere videbantur: Arsenium enim quendam proponebant, cui Athanasium præcidisse manum, etsi falso, dicebant. Pudicitia patrocinium simulabant, cum aliquot orthodoxos scortationis insimularent; Aequitatis etiam lancem tenebant, causantes, controversiis ejusmodi difficilibus non esse illaqueandos simplicium animos, qui capere non possunt eam sublimitatem. Eodem.

In Specie.
& fides erga
magistratū.

innocentia.
justitia.
pudicitia.

æquitas.

concordia.

dem respiciebat fuga nominum discretivorum. Conquerantur enim Ariani, se ab Ario denominari. Arbitrabantur, se calumniam passos, καὶ μάττω λεγομένους Ἀρειανούς, & immerito Arianos appellatos, referente Athanasio Orat. I. adv. Arian. f. m. 288. Eusebianorum epistolam f. 892. idem recitat, quæ sic incipit : Nos certe Ario Acoluthi i. e. sectatores non sumus, neque, cum simus Episcopalis ordinis, Presbyterum sequemur. Ita & Auxentius ad Valentinianum & Valentem scribit: nunquam scivi Arium, non vidi oculis, non cognovi ejus doctrinam, sed ex infantia, quemadmodum doctus sum, sicut accepi de sanctis scripturis, credidi, & credo in unum solum verum Deum. & c. apud Hilar. f. 216.

Et administrantes, ut sunt : sapientia, prudentia,

§. 9. Ad virtutes administrantes spectant dona cum ordinaria, tum extraordinaria. Erant homines sapientes, ut vel unius Eusebii Pamphili exemplo patet ; prudentes, qui res suas dextrè gerere, & omnium sese ingenijs accommodare poterant; Apparuit præsertim in concilio Ariminensi ; Linguarum periti, ut Ulphilas, Gothorum Episcopus ; Nam literas ipse Gothicas invenisse, & in barbaram linguam transtulisse dicitur scripturam sacram : unde sui temporis Moses dictus est apud Philostorg. l. 2. hist. §. 7. Eloquentes, qui spartam suam verbis speciosis & causam exornabant, ut patet vel ex folis epistolis Arij, Eusebii, conciliorum nonnullorum ab ipsis habitorum : conqueritur Athanasius Orat. I. adv. Arian. hæreticos hujusmodi verborum lenocinijs nonnullos seduxisse. Extraordinaria quoque

Eloquentia.

charismata jactabant ; Nam Philostorgus Secundum, Agapetum, Theophilum, Ætium miraculis claruisse tradit lib. 1. c. 10. II. 8. III. 4. 15. 26. IV. 7. V. 2. Visionem mentiebatur Valens ille, qui Imperatori in pugna adstitit, Sulp. Sev. l. 2. Constantius adversa usus esse fortunâ ob Ætiano-Arianos afflictos scribitur à Philostorgo. lib. V. 4. Nicomedia terræ motu concussa esse credebatur Arianis, quod ὁμοίσιον vocem concilium approbasset. lib. IV. 10. Quæ & similia alia phantasmata magnam habebant & speciem, & efficaciam in Arianismo commendando, suscipiendo, & propagando : id quod tristis eventus satis demonstravit.

Charismata.

§. 10. Hactenus de simulatione & dissimulatione, præcipuo Arianismi instrumento, differuimus. Sequitur aliud, nempe promotio

promotio suorum; operam enim dabant, ut suæ factionis homines aulis principum; & sedibus Episcopalibus insinuarent: vel Ecclesijs supponerent leducendis, ut Eusebiani Asterium, cum insidioso libro hinc inde discursantem, & incautos decipientem, exprobrante Athanasii epistola de Synodo Ariminensi t. 1. opp. f. 887. 888, Epil. In aula Constantini M. suum fecerant quendam Presbyterum, per quem Constantinum M. Ario, & asseclis propitium reddiderunt, & per eundem Constantium quodque istius filium seduxerunt. Aula hoc modo corrupta quodlibet audere atque agere facile (Arianis) erat, regis amicitia subnixis, quem sibi pravis adulationibus devinxerant. Sulpit. Sev. l. 2. Hilarius idem mysterium animadvertit. Nam ad Episcopos Galliarum perscripsit: *Publica auctoritatis professione hæresis prorumpens, id quod antea furtim misistabat, nunc victrix gloriatur. Quibus enim antea canonicis in Catholicam Ecclesiam non tentavit irrepere? quas non exercuit falsa religionis blandimento seculi potestates? Homines enim perversi eò usque proruperant, ut cum hoc ipsi prædicare publicè non auderent, Imperatorem tamen fallerent ad audiendum. Te fefellerunt enim ignorantes Regem, ut istiusmodi perfidia fidem bellis occupatus exponeret, & credendi formam Ecclesijs nondum regeneratas imponeret. Contradictentes Episcopos ad exsilium coegerunt. Nec patebat orthodoxis ad aures Principis aditus: Nam Ariani ita palatium occupaverant, ut nihil sine eorum nutu ageret Imperator: l. c. Et paulò post: Ab hoc initio illecti Principis, extulere animos Ariani, potestate regis usuri, ubi auctoritate sua parum valuissent. Inducebant animum, ut in exilium pelleret, qui Athanasio adhærerent, edebantque epistolas sub ipsius nomine, quo factò sedes quoque Episcopales invadebant. Statim ab initio motæ controversiæ Ariani Alexandrini benevolentiam Episcoporum singulas civitates administrantium sibi necessariò ante colligendam arbitrari, mittebant legatos ad eos cum literis de fide sua, contenduntque ab illis, ut si rectam ipsis videretur ita de DEO sentiendum, significaret Alexandro (Episcopo sibi adverso) uti minime ipsis succensoret; sin minus, doceat eos, quemadmodum sentiendum esset. Qui quidem conatus non parum eorum causam adjuvit. Socrat. lib. 1. c. 14. Eusebius Nicomedienfis, & Theognis Nicænus Imperatoris favore sedes suas receperunt. Socrat. lib. i. c. 18, Theod. lib. 1. c. 21. 4*

Antiochenæ Ecclesiæ nobiliori præfererunt Euphronium, sua hæresi addictum, ut Socrates l. c. subdit. Alexandrina itidem eminentiori dederunt illum tantopere Georgio Laodicensi Ariano laudatum Eusebium Emissemum. lib. 2. c. 6. Cumque iste Episcopatum adire vereretur, substituerunt mox Georgium; ut Socrates. c. 8. vocat, sibi addictissimum. Eusebium Nicomediensem Episcopatus Constantinopolitanus acceperat Antistitem. c. 5. Quo defuncto, Macedonium, quem & ipsum suum putabant, surrogarunt. c. 9. Quoloco interferit; qui tum præcipui Arianorum promachi fuerint, nempe: Theognis Nicææ Episcopus, Maris Chalcedonis, Theodorus Heracleæ, Ursicius Singidonis superioris Mysiæ, Valens Murforum superioris Pannoniæ. Superiæ deo pluribus addendis. Nam ex allegatis patet satis, quod intendimus; Et Hilarius Constantio exprobrat, *Episcopatus tuis donas, bonos malis demutas*. Et paulo post: *per maximas orientis civitates hereticos Episcopos subrogatos communionē hereticā munivit.* f. 293. Patet, Arianos intrusisse suos in eminentiores sedes, ut per eos in Ecclesiis & Conciliis prævalerent: *ideo ab Eusebianis ad honores evecti sunt, quoniam hæresi in Christum hostili patronos sese & advocatos præstiterunt; audentique de fide definire, & cum ipsi sint rei, ac iudicio obnoxii, veluti Caiphas, iudicandi munus invadunt*: exprobrant Athanasio f. 1. Orat. I. qui justum catalogum subjungit eorū, quos Ariani ad sedes Episcopales promoverant, additque: *τοιαῦτα μηχανώσασθαι κατὰ τὴν ἀνάδειξιν, his machinis utuntur contra veritatem.* Solebant quoque Apostatas, imprimis illustres viros, ut Hosium, in argumenta convertere; Ariminenfes Ariani repertos Seleuciensis Synodi legatos, vi regia compellunt, exemplo Occidentalium, pravam illam fidem recipere. Sulpit. Sev. l. 2. Sed bene respondit Phœbadius sub finem libelli adversus Arianos: *Non potest ejus auctoritate præscribi, qui aut nunc errat, aut semper erravit.* Utinam nec ipse lacrymis Tauri cecidisset.

Concilia:

§. II. *Conciliorum* meminimus, nec immeritò; Nam & his abusi sunt in sua secta propaganda. Experientia magistra didicerant, quanti fuerit valoris Nicænum Concilium: Prævalentibus enim hæc in Synodo orthodoxis, ipsi vel manus, vel terga dare coacti sunt. Quare & ipsi hac machina usi sunt in ortho-

orthodoxis oppugnandis, postquam pares se, imò superiores animadvertissent. Primum, quod conflarunt, Tyrium erat conciliabulum. Postquam enim Constantinum M. sibi dicto modo conciliaissent, etiam concilium convocarunt Tyri habendum, ut communibus suffragiis rem gererent, revera, ut Athanasium opprimerent. Socrat. lib. 1. c. 21. Sequebatur Antiochenum. lib. 2. c. 7. in quo nomen quidem Ariani avertabantur Ariani, fidem tamen asserabant, nova fidei formula edita. Imprimis illustre exemplum præbet Ariminensis Synodus, utpote in qua nihil minus volebant, quam Ariani videri, sed maximè orthodoxi, & pacifici, cum tamen id unicè agerent, ut æquivoca fidei formula conflata Arianismum suum promoverent, & Nicenam fidem abolerent, quod & magnâ ex parte factum est. c. 29. Operæ precium est audire Athanasium in epistola de Synodis Arimini & Seleuciæ, inserta tom. 1. f. m. 869. Postquam enim vanos Arianorum prætextus confutasset, addit: *Cum nullam rationem habeant pro sese, omnibus undique destituantur, & hærent, & frustra operosi sint in cavillationibus, illud nimirum illis reliquum est, ut dicant: Nos, qui majoribus nostris contradicimus, & prævaricamur Patrum traditiones, postulavimus Synodum promulgari; metuentes autem, si omnes in unum conveniant, ne frustra laboraverimus; ita volumus Synodum indici, ut ea in duas partes dirimatur, quo ita à se invicem disjunctis, scriptisq; nostris exhibitis, aliquid suffragari possimus, minas Constantii impia scèla propugnatoris asidue jactantes, simplicitatemq; nimiam Nicæensium Patrum cavillantes, acta Nicæensium irrita, ociosaq; reddamus. Hac tamen si verbis non proferant, ad eam tamen finem omnia faciant & moliantur: Hæc ille fol. 872. & 874. Addi potest, quod ad Episcopos Africanos scripsit f. 932. Vanus est eorum labor, qui contra (Nicænum) alia subinde concilia moliantur, quippe qui plus quam decem Synodos jam instituerint, in singulis semper aliquid innovantes, hoc à prioribus detrahentes, illa in sequentibus demutantes adjicientesq;: Adde Sulpitium Severum lib. 2. ubi de Synodò Seleucianâ & Ariminensi loquitur.*

§. 12. Leniora hæc videbantur media, revera tamen erant persecutiones, quod Constantio exprobravit Hilarius: *Orientalis, ajens, dissensiones artifex nutris blandos elicit, fautores infligat,*

SEVERIO-
RA

ur

veterum turbator es, prophanus novorum es; omnia severissima sine invidia gloriosarum mortium peragis Opp. f. 289. Et paulo post dicit, *eundem vincere sine contumacia, jugulare sine gladio, persequi sine infamia, odire sine suspicione, mentiri sine intelligentia, profiteri sine fide, blandiri sine bonitate, agere, quod velit, nec manifestare, quæ velit.*

Calumniæ:

Rigidiora erant calumniæ, quibus sive fidem; sive famam orthodoxorum impetebant. Bene Sulpitius Severus lib. 2. refert: *Adversus quos de fide disceptare non poterant, eos subornatis accusatoribus criminibus appetebant.* Doctrinam ipsam Sabellianismi insimulabant, uti superius §. 4. vidimus. Vitam & actiones orthodoxorum, præsertim Episcoporum, & eminentiorum calumniis flagellabant: Maxime omnium Athanasius erat offensionis lapis, ad quem maledicæ sese linguæ exacuebant. *Primum Athanasium Alexandria Episcopum, jurisconsultum, qui apud Nicænam Synodum Diaconus adfuerat, aggrediuntur.* Sev. l. 2. Cum animadvertissent, ad Episcopatum Alexandrinum hunc suum Antagonistam adspirare, conduxerunt milites, qui mentirentur apud Imperatorem, *quasi tributa in Ægypto exigeret, collectamq; inde aurum cuidam tyrannidem meditamî suppeditaret:* Theod. lib. 1. c. 25. Paulo post cum in Synodo Cæsareensi, infesta sibi non compareret, tyrannidis ipsum & contumaciæ apud Imperatorem insimularunt. c. 26. In conciliabulo Tyrio proferebant hæretici manum, quam mentiebantur esse Arsenii cujusdam Meletiani Episcopi, ab Athanasio truncati, ut ad magiam ipsa abuteretur. Socrat. lib. 1. c. 20. Addiderant de poculo confracto, & mensa everfa; virulentissimè autem, quod Athanasius comminatus sit, se vetiturum, quo minus frumentum, ut solet, Alexandria Constantinopolim usque adveheretur, quod adeo concitavit Imperatorem, ut in exilium ejiceret Athanasium. c. 23. Reversus deinde est Alexandriam, beneficio Constantini Junioris, cum autem seditiones inter cives orientur, Athanasio crimini datum est, velut ipse sua sponte esset reversus, quæ nova exilii imperandi ansa fuit. l. 2. c. 2. Novum calumniandi prætextum sumserunt ex frumento, quasi, quod pauperibus debebatur, in suum ipse usum convertisset. c. 13. Periculosissima erat calumniæ, de concitatis ab Athanasio fratribus Cæsaribus; quorsum digi-
tum

tum intendit ipse Athanasius mox ab initio apologiæ suæ ad Constantium : dum meminit τὴν διαβολὴν τῆς κατ' αὐτὸν γυναικὸς, *Maledicentia à sese* (ut ipsi dicebant) *commissa adversus Constantem.* f. 674. t. i. opp. cum potius, Deo teste invocato, ea cum Constante locutus fuerit de fratre, quæ ad mutuam pacem facerent. De alia mox conqueritur calumnia, veluti cum tyranno conspirasset, sed & hanc diluit f. 677. ut & tertiam de Encænii privata auctoritate, & loco incommodo, & cum clade populi celebratis f. 682. Quartam confutat, sumptam à pertinaciâ sua, quasi iustus non excessisset Ecclesia f. 686. Unde hæc calumniandi rabies, & Vatiniæ adversus Athanasium odiū natum sit, ipse exponat; sic autem ipse in apologia ad Constantium : *Quia eum (Athanasium) asiduū esse apud Alexandrum, & in pretio haberi (Ariani) curiosè animadvertebant, & quia jam ante ejus pro Christo pietatem in Synodo Nicæna, ubi magnâ cum libertate contra Ariana hæresin disseruerat, experti essent, in gravissimū odium exarserunt; ubi autem DELSEUM ad Episcopatum proreperat, veterem jam olim malitiam resurgentem, veritū illius orthodoxam mentem, & in resistendo contra impietatem robur, conscientia vecordes omnibus rationibus conjurationes in eum coquebant.* f. 725. seqq. Adversus Eustathium Antiochenum Episcopum meretricium prostibulum conduxerunt, quod audacissimè insimularet Eustathium flagitii secum commissi, ut eâ ratione Episcopatu eum moverent, quod & factum. Theod. lib. 1. c. 20. hist. Confer lib. 2. c. 2. 6. 7. Philostorg. lib. 2. c. 11. 12. III. 12. 27. V. 1. VII. 2. Sozom. l. 2. c. 18. 31. III. 5. Hilarius Pictavorum Episcopus Ariani erat discordiæ seminarium, & perturbator Orientis. Sulp. l. 2.

S. 13. Calumniis accedebant *mina*, vide Socrat. l. IV. c. 6. Theodor. l. 2. cap. 13. 16. IV. 16. Sozom. II. 17. In Synodo Ariminensi præceptum erat Taurō præfecto, ut collectos in unum Episcopos non ante dimitteret, quam in unam fidem consentirent. Sulpit. l. 2. Minas excipiebant violenta exilia, & dejectiones. Ex asse hanc ipsorum methodum noverat Athanasius, quare rescriptit: priuū ad contumelias (calumnias) faciendas excurrunt, postea cohortes & Tribunos inter minas jacturi: In istiusmodi rebus ipsorum conspiratio ad errores suos defendendos consistere videtur. t. i. opp. f. 250. Et sub finem Orat. I.

f. 306. quod minis denunciaverant, opere compleverunt. Episcopo enim orthodoxo ab officio removebant, & in exilium expellebant; vel certe ita perterrefaciebant, ut ultrò in exilium irent: quòd idèd Ariani fecerant, ut suis aedecis vacua relinquerentur loca. Amplissimushic esset campus excurrendi in historiarum monumenta, adèd multa sunt exempla, quibus istam violentiam illustrare possemus: Imperator Constantinus M. etiam depravatur; dumque sibi religionis officium videtur implere: vim persecutionis exercuit: atque in exilium Episcopi, servitum in Clericos, animadversum in laicos, qui se ab Arianorum communione secreverant. His verbis summam malitiæ refert Sulpit. Sev. l. 2. confer. Hilar. adv. Constant. f. 289. opp. quam exemplis illustrabimus; brevitati tamen studebimus. Athanasium in Gallias relegavit Constantinus M. propter interceptum, ut mentiebantur hostes, frumentum. Socr. lib. 1. c. 13. Iterum ejectus est in exilium à Constantino, velut sua sponte Alexandriam rediisset. lib. 2. c. 2. Idem cum Georgium Alexandrinis obrussissent Episcopum, in exilium ire coactus est c. 8. confer peculiarem ejusdem hæc de re epistolam tom. 1. opp. f. m. 942. Etsi autem postea ope Julii Romani redierit, attamen denuo profugere coactus est; intercepti frumenti insimulatus. c. 13. Sed nondum satis erat exiliorum. Receperat sedem Athanasius beneficio Constantis Imperatoris, sed hoc defuncto Constantius eidem imminebat, undeterritus ipse fuga salutem sibi quæsit. c. 21. Similem fortunam aliis quoq; cominati sunt Ariani: siquidem Constantij edictum proposuerunt, ut, qui damnationem Athanasij non subscriberent, in exilium pellerentur. Sulpit. Sever. l. 2. Minas sequebatur executio: Remoti enim sunt ab officiis suis & sedibus præstantissimi & constantissimi viri Eustathius Soz. lib. II. 15. 21. 24. Socrat. lib. 1. c. 18. Meletius Theod. 1. 2. 27. Paulus Constantinopolitanus. Socrat. l. 2. c. 5. Dionysius Mediolanensis. Sulpit. Sever. l. 2. Eusebius Vercellensis, & Lucifer Calaritanus Episcopi. l. c. Et quis omnes enumeraverit exsules? Probè autem observandum, quod Sulpitius Sev. lib. 2. notat, *Eà tempestate Ariani perfidiam suam occultabant, non ausi palam erroris sui dogmata prædicare, Catholicos se gerbant, nihil sibi prius agendum rati; quam ut Athanasium ab Ecclesia sua remove-*

rent, qui semper eis veluti murus obstiterat: quo remoto, reliquos in libidinem suam cessuros sperabant. Ex quibus verbis colligitur, quod adversarii Zelotas potissimum & eruditos Theologos soleant è medio removere, ut reliquos perterritos, vel certè tepidos sibi habeant obtortios: ut autem sub pulchriore specie faciant, solere dissimulare veram remotionis causam, quæ est, odium erga veram religionem, & simulare amorem pacis, quam obtinere non possint, per istos contentiosos Demagogos. Animadvertentur fraudem orthodoxi, cum juberentur in Athanasium prius subscribere, & postea demum de fide disceptare, nempe remoto suo promachio: *Petebatur, ut prius, quam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent: Nec tum demum de re cognoscendum, cum de persona iudicium constitisset; sed Valens sociique ejus, prius Athanasii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non ausi.* Sulpit. Sev. l. 2. nempe quamdiu eruditi & Zelotæ superessent: *Arianis optimum visum, præstantissimos Viros (Athanasium, Eusebium Vercellensem, Luciferum Calaritanum, Liberium, Hilarium &c.) à certamine submovere: utpote qui gnari erant sententiæ Arianae, & potentes in eâ profliganda, & animosi in eadem oppugnanda.* Etiam si autem plures in exsilium abire, quàm in Arianam pacem consentire, maluerint, nonnulli tamen paulatim partim imbecillitate ingenii, partim tedio peregrinationis evicti dedere se adversariis: factaque semel inclinatione animorum cærvatim in partem alteram concessum; adeò, ut ex quadringentis Episcopis vix viginti superessent constantes.

S. 14. Alios cruciatibus, tormentis, plagis afficiebant, in carceres compingebant, ludibrio publicè habebant, flagellabant, imò plane interficiebant: Non parcentes vel aetati, vel sexui, vel dignitati. Hosium de Ecclesia Christianâ diu optime meritum plagis affecerunt, membraque machinis distorserunt, donec in hæresin consentiret. Socrat. lib. 2. c. 26. Lucii Ariani Pseudo Episcopi opera Alexandria ab Arianis hæreticis & Ethnicis multæ virgines per vim stupratae sunt; multæ contuso sustibus capite sunt exanimata, quarum corpora nec sepultura mandare concedebant: uti conqueritur in literis suis Petrus Episcopus apud Theodor. lib. IV. c. 19. Similia recitant Constantinopolitani in epistola sua synodica, ut nonnulli

violenzia

nulli in exilio contabuerint ; alii reversi in furorem hostium inciderint , à quibus obruti sunt lapidibus , diversis suppliciis excarnificati , pecuniis emuncti , multis exhausti , carceribus mancipati , & quæ porro crudelitatis erant argumenta. lib. V. c. 9. Conf. Socrat. lib. 2. c. 21. 22. 23. 30. IV. 1. 2. 13. 14. 17. 18. Theodor. lib. II. 4. 6. 10. 11. IV. 21. V. 4. Imprimis legenda est in hanc rem epistola Athanasii ad orthodoxos , quæ habetur tom. I. opp. fol. m. 942. In hac enim prolixè exposuit , *ὡνά καὶ ἀπόπυλα* gravissima , & intolerabilia & : additque f. 948. *ne multus sim in scribendo , persecutio adest , eaque persecutio , qualis nunquam antea adversus Ecclesiam oborta est.* Putat autem denegationem cultus sinceri ; Nam neque privatim , neque publicè licebat sacra orthodoxè celebrare ; Georgius (ait , erat autem Georgius Episcopus Arianus) eos , qui domi orationes faciunt , ad Præsidentem deferunt , & ministros sacrorum insensissimè observat , adeo ut ex istà violentia multi destituti copia baptismatis periclitentur , multique sine visitatoribus egrotent , & lamententur ; acerbiorè sibi calamitatem , quam morbum , arbitantes , populique sacrorum ministris abactis , non ignari impietatis Arianorum , præoptant potius ita egrotare , & periclitari , quam Arianorum manus capitibus suis imponi sustineant. Alii contra expugnari sese passi sunt. Plerique (Arianam Ariminensium perfidiam) abnuentes injuriosà custodià ac fame vexati , captivam conscientiam dedere. Sulpit. Sev. l. 2.

§. 15. Ex dictis apparet , quo Spiritu acti Ariani talia perpetrariat , nempe Spiritu mendacii & homicidii , qui nunquam desinit hisce artibus grassari : *mentièdo perimie animam , cade corpus* ; Discimus hoc ex Athanasio. Postquam enim mendacia & eadem Arianam notasset oratione I. subjungit : *Satis abundèq³ animos suos moresque produnt.* Nam qui ista scribunt , ut finis scriptiõnis ad exsilium , vel alias penas tendat , quales illos , queso , nisi & alienos à Christianismo , & diaboli ejusdemque demonum amicos sentias ?


§. 16. Hactenus de præcipuis artibus & mediis , quibus Ariani usi sunt , ex suo ingenio depromptis adversus orthodoxam fidem ejusdemque professores. Accesserunt alia per

per *accidens* sic dicta media & anſæ ; quibus uſi ſunt iide Ariani ad ſuam ſcenam exornandam. *Discordiæ* interdum naſcebantur inter ipſos orthodoxos. E. gr. inter Athanaſium & Marcellum Ancyranum : hunc enim iſte Sabellianiſmi accuſabat, nec immeritò; Maculatus enim erat iſta hæreſi ; abdicabat igitur ; Id animadvertentes Ariani pro ſeſe allegabant adverſus ipſum Athanaſium , tanquam & ipſe damnatus ideo fuiſſet. Sulpit. Sev. l. 2. *Inepitudo* orthodoxorum non minimum erat momentam Arianiſmi aſſerendi. In Synodo Ariminenſi , cum legati ad Imperatorem deſtinandi eſſent, ex parte noſtrorum *legebantur homines adoleſcentes , parum docti ; & parum cauti, ab Arianiſtis autem miſi ſenes callidi , & ingenio valentes, veneno perſidiæ imbuti ; qui apud regem facile ſuperiores extiterunt* Sulpit. Sever. l. 2. Huc referri poteſt *intempeſtivus Zelus* Vulgi. Addictum hoc erat ut plurimum orthodoxæ fidei, cum igitur Epicoſopus vel eligendus eſſet , vel Arianus recipiendus, expulſo orthodoxo , tumultum populus orthodoxus , vel etiam ſeditiones excitabat, ſed & vim eademque parabat adverſus delegatos Cæſareos, & nominatos Epicoſos, hinc factum, ut calumniæ locus eſſet, Athanaſium alioſque Homouſianos eſſe homines turbulentos & ſeditioſos ; Quod non parum juvit cauſſam Arianam , orthodoxam verò deprimebat. Cum Alexandria tumultus eſſet excitatus , ob Athanaſii cauſſam, Eusebius Nicomediensis, callidiſſimus & potentiſſimus Arianorum, *multitudinis tumultum in lucro deputavit , poſſe enim fieri ſperabat* , ut aliquis Alexandria Epicoſopus deligeretur , qui eandem tueretur opinionem, nempe Arianam : Socrat.

lib. II. c. 2. Confer capp. 5. 8. 9. 10.

IV. 7. 12. Tantum !

SOLI DEO GLORIA!



Ad Præstantissimum Dn. Respondentem.

Quifquis in antiquis spectare recentia factis
 Noverit, atque uti, quo decet ista, modos
 Utitur historiis, quo cautos convenit uti
 Fine, nec is frustra finis & usus erit.
 Inde sibi faciendâ capit, fugit inde cavendâ,
 Et discit genio singula nosse suo.
 Extat in historiis facies grassantis Arii
 Picta, rogo, vultus intueare viri,
 Et confer blandos, quos temporâ nostra tulere,
 Vultus, hæreticam vimque dolunque time!
 Interea confide DEO, DEUS omnia versat,
 Quæ patimur miseri, cuncti potente manu.

monitum

PRÆSIDIS.

Præstantissimo Dn. Respondenti.

Impius Arius jam pridem est mortuus, atque
 Corruptæ fidei præmia digna tulit.
 Verùm artes hominû, quæ totum calidus orbem
 Decepit, nondum hos interiere die.
 Multi etenim ad fidei damnem grassantur usdem,
 Diraque sibi pacis nomine bella gerunt.

gratul. fecit

Sebastianus Schmidt, D.

*Præcellenti & Eruditissimo Dn. Respondenti de Arrio,
 ejusque Hæreseos Ortu & Progressu Disputanti.*

S. P.

Bella *ἄσπετος* quicunque cedere minatur
 CHRISTO, bella sibi non superanda ciet.
 Non Ipsum, quamvis summè læsisse videtur,
 Lædit, at ipse suum traiecit ensè caput.
 Calce ferit stimulum, nam se miser ipse cruentat,
 Quæque putat stimulo se dare damna, capit.
 Ac eadem patitur, quæ rupi allisa procella,
 Alluitur rupes, frangitur unda minax,

Fortior

Fortior est cælo, nam terra peribit & illud,
INVICTUS CHRISTUS tempus in omne manet.
 Cernis ut in cælum fuerat quæ machina torta,
 Fit jaculatori mors properata suo?
 In *CHRISTUM* quicumque tuis, te talia fata,
 Conatus merces hæc manet una tuos.
ARRIUS, de Quo *Ma Dissertatio* scripta
 Tractat, id expertus satque superque fuit.
 In *CHRISTUM* quando conatus tela vibrare,
Inficians Verum scilicet esse *DEUM*.
 Infelicem a animum, Ventris dum tormina sensit,
 Effudit, pœnam pro impietate luens.
 I nunc & *CHRISTO* post bella minare, manebir,
 Quam non effugies, vindicis ira *DEI*.

a Ità L. Osiand Epit. Hist. Eccl. Cent. 10. lib. 2. cap. 33. Arrius in viâ Ventris tormina sentiens, & à viâ publicâ paululum secedens, exonerandi Ventris causa, mox intestina & viscera, unâ cum infelici animâ, turpissimè effudit.

f. gratulabundus

M Elias Kolb, Pastor Neo-Petrinus.

MAGNI GUNDELFINGERI

Filius adoptivus

QUIRINUS MOSCHEROSCH

Præstantissimo D. N. RESPONDENTI, Amico suo charissimo,

suavissimo,

τιμὴν ἐννεγκεῖται καὶ τὴν ἐν ἑσσοῖαν!

I.

Gundelfinger.

versetzt

Freund gelling!

Leg sein grund.

Höre deinen Gundelfinger /
 Der Gelährten Hochanbringer
 Priester-Freund / und Schulen-Schild-
 Hör / was Er an dich gewillt :

Freund geling! rufft seine Stimme/
 Samle / wie die Frühlings-Imne/
 Blumen guter Kunst und Lehr /
 So befördern zu der Ehr :
 Lege feinen grund vor allen/
 Der dem Höchsten mag gefallen /
 Gottes-furcht / wer darauff gründt /
 Ein beständig Haus der findt /
 Drinn hie zeitlich er den Segen /
 Spüren soll auff weg und Stegen /
 Dorten soll Ihm ewig-wohl
 Werden / Himmels-Freuden-vol.

II.

NICOLAUS COBELT.

ἀναγγραμμάτων.

COLLUCEBIS NOTA.

ἐπιγγραμμάτων.

Queris, quæ tandem Studiorum optata manebunt
 Præmia? quæ cursûs justa brabæa tui?
 Dicam: Si fueris GUNDELFINGERIO, in omni,
 Morigerus monito, *Luminis instar eris!*
Collucebis! ait conversio Nominis, atque
 De meliore *Notâ* nôtus ubique clues.
 Macte piis studiis! *mi COBELT!* moxque corusca
 De Cathedrâ Patriæ *Lucida Stella* tuæ!

Anno

DoMIne. ChrIste. aVXIIlare!
 vel, ut magno Gundelfingero
 placet.

MeIn trost VnD hVLff Ist IesVs ChrIst.





